



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio  
XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum  
Theologis ac præcipuè Societatis Jesu**

**Estrix, Aegidius**

**Moguntiæ, 1679**

Propositio XLIV. Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum  
crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat. Et si hoc non sit  
probabile, vix ulla erit opinio probabilis in ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42472**

## PROPOSITIO XLIV.

**P**robabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam & honorem defendat. Et si hoc non sit probabile vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

Propositionem ait esse traditam à Caramuelle claris & propriis verbis propositionis, locum non citat, et si potuisset ex epistola 15. Montaltii.

Mihi compertum est ex Theologia fundam: hujus autoris edit. lugd. an. 1657. n. 1588. verba quibus concepta est propositione non esse Caramuelis affirmantis, sed sibi obiectantis. Si cui hoc incredibile videatur, locum adeat, & oculis suis credat.

Accusatur quoque Dicastillo lib. 2. justit. tract. 2. d. 12. n. 404. Dicastillo locutato n. 403. disertè negat licere in contumeliosum retorquere crimen falsum, aut rum quidem, sed occultum, aut quod non facit directè ad repellendam injuriam elevando fiduciam alterius. Neque plus affirmat sequenti n. 404. quem citat accusator, sed ex proximè dicto infert, non licere tibi appellare adulterum eum qui te appellavit furem (quia scilicet crimen lud, et si verum sit, non facit directè ad evanđandam fidem alterius) posse tamen dicere, quia latia p. sit mendax; si nimis verè sit mendax, plenaria p. ibi nihil docet.

At verò Dicastillo ibidem n. 406. assert. 7.  
dicit videri probabilem illorum sententiam, qui  
docent non committi peccatum mortale, sed  
solius mendacii, si quis imponenti falsum  
crimen, objiciat sine juramento par crimen  
falsum, non qualemcumque; sed tale quod de-  
serviat ad impediendam, vel tollendam injustitiam,  
quam alius prius intulit; enervando scilicet illius  
autoritatem, & faciendo ut non credatur illi in eo  
quod dixit: sive, ut dixerat n. 403. quod faciat  
directè ad repellendam injuriam, elevando fidem  
impostoris; ut sunt mendacium, perjurium,  
& alia exempla malæ fidei; non vero adulter-  
rium, & similia, ut explicat n. 404.

Sit ergo judicium sapientiorum, quam nos  
sumus, an contineatur hæc doctrina in propo-  
sitione damnata, quæ procedit de quolibet  
falso crimen, adeoque etiam de majori, quam  
quod imposuit calumniator, atque etiam de  
eo quod non facit directè ad elevandam fidem  
ipsius, quæ denique ne juramentum quidem  
supponit abesse.

Certè quidem plus non docuit Dicastillo in  
questione ista, quam Theologi illi, quos citat  
& probabiliter sentire ait Joannes de la Cruz  
impenitentia director. p. 8. q. 3. a. 4. dub. 17. con-  
tra ad eius. 1. his verbis: Bañez & Ledesma cum Orel-  
ere, quoniam probabiliter sentiunt, esse solum mendacium  
parviale, objicere testi iniquo falsum crimen, se-  
D 2 cluso

cluso perjurio in objidente, & testibus ad hoc  
ducendis: non plus etiam, quam illi quos ge-  
neratim citat Petrus Ledesma in sum. tract.  
c. 25. concl. 21. dub. 3. dicens ita docere Ori-  
lanam, & communiter discipulos S. Thomæ.

Credibile est illos ivisse in hanc sententiam  
nixos quodam loco S. Thomæ 2. 2. q. 70  
a. 4. ad 2. Dicendum, quod injustum judicium  
non est judicium. Et ideo ex vi judicii falsum te-  
stimonium in injusto judicio prolatum, ad injus-  
tiam impediendam, non habet rationem peccati  
mortalis; sed solum ex juramento violato. Atto-  
verà S. Doctor non videtur versari in causa  
præsenti; sed solum docere, quod specialis  
illa & gravis obligatio ad verum testandum  
quæ oritur ex ratione legitimi judicij, no-  
urgeat in judicio injusto propter falsos testes  
aut perversitatem judicis; quodque proinde  
eo casu testes contrarii, & faventes reo ne-  
peccent mortaliter ex vi judicij præcise, falsum  
testando de re quapiam, aut circumstantia  
quæ reo faveat; etsi fateatur, eos peccare  
mortaliter ex juramento violato; quod idem  
teri potuisset de violata justitiâ per calumniam  
si de hoc casu quæstio, vel mentio incidisset.  
Hæc in gratiam Angelici Doctoris, cui sum  
impensè devotus; cum judicarem, locum  
lum à quibusdam aliter accipi, ac mereatur.

Tamburinus denique, qui & accusatur